



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 96. S. Antonini opera

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. ftum III. & Pium II. Eminuit scientia
 A. C. 1459. Juris tam Canonici, quam Civilis, nec-
 non in Historiis Ecclesiæ longe versatiffimus, tandem ab Eugenio IV. ad Florentinæ Ecclesiæ Archiepiscopalem Sedem Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, defuncto Zabarella Patavino, Prædecessore suo vocatus est. (*)

§. XCV.

Papa exequiis præfens.

Pius II. Archiepiscopum in vita, ob præclara ejus merita plurimi habuit, eumque ac plures alios ad emendandos Ecclesiasticorum, & Laicorum mores incitavit, defuncti quoque exequias præsentia sua honorare dignatus est. Sancti hujus corpus ex Ecclesia Cathedrali ad Conventum FF. Prædicatorum deferebatur, ubi sepulchri locum sibi selegerat; Illius Sanctitatem Deus brevi plurimis miraculis per merita sancti hujus Archiepiscopi perpetratis testatam fecit.

§. XCVI.

S. Antonini Opera.

Dupin. Bibl.
 Script. tom.
 12. p. 95.

Nonnullas lucubrationes posteritati reliquit, inter quas tamen palmam obti-

(*) Hujus Sancti Viri inaugurationem vide lib. CLX, §. 127. & 128. p. 143.

obtinet summa Historica, seu Chronicon *Sæcul. XV.*
 tripartitum ab orbe condito usque ad An- *A. C. 1459.*
 num obitus sui perductum, necnon in
 tres partes divisum. In prima ætatem
 creationis Mundi usque ad S. Sylvestri *Baillet. Vit.*
 Pontificatum, & Constantini imperium *Sanctor.*
 complectitur. Altera a præfati Impera-
 toris tempore usque ad annum Domini
 millesimum centesimum nonagesimum
 octavum res gestas sub Innocentio III.
 Papa, & Henrico VI. Cæsare recenset.
 Tertia demum pars usque ad annum
 millesimum quadringentesimum quinquagesimum nonum excurrit. Hanc suam
 historiam ex pluribus aliis Scriptoribus
 minori selectu compilasse videtur, con-
 statque manifeste, illum quidem severum
 veritatis assertorem, non tamen semper
 in rebus præcipue a suo ævo remotiori-
 bus seligendis satis consideratum fuisse
 Scriptorem, nec omnes perfecti Historici
 partes explevisse, quem in dijudicando
 vero a falso, & internoscendis certis a
 dubiis sagacem, atque circumspectum es-
 se oportet. Hæc summa primum Ve-
 netiis anno millesimo quadringentesimo
 octogesimo, postea Norimbergæ Anno
 Salutis millesimo quadringentesimo octo-
 gesimo quarto, demum vero Basileæ
 Anno millesimo quadringentesimo nona-
 gesimo primo, postremo autem Lugdu-
 ni Anno millesimo quingentesimo octo-
 gesimo

Sæcul. XV. gesimo sexto typis edita prodiit. Exstat
 A C. 1459. quoque ejusdem Summa Theologica in
 Germania iterato prælo excusa, opus
 plane ceteris præstantius, magisque elabo-
 ratum, quod in quatuor partes divi-
 sum, ab ipso Autore paucis ante obitum
 suum annis secundis curis recognitum
 fuit. Scripsit præterea aliam summam
 casuum conscientiaë; Tractatum de ex-
 communicatione, aliisque censuris eccle-
 siasticis; Trialogum de duobus discipulis
 euntibus in Emaus, ac denique Tracta-
 tum de virtutibus, & notis donationis
 a Constantino factæ.

§. XCVII.

*Papa Florentia Bononiam &
 Ferrariam profectus.*

Papa, justis Sancto Antonino, perso-
 lutis, Florentia Bononiam venit,
 quæ urbs erat Romanæ Ecclesiæ do-
 minio subjecta, frequenter tamen sum-
 mis Pontificibus rebellis, & nequidem
 eo tempore iisdem plena submissione ad-
 dicta. Quapropter Pius Papa haud diu-
 turnam ibidem trahens moram, brevi
 Ferrariam contendit, ubi perhonorifice
 exceptus est a Borsio Estensi Marchione,
 qui vulgo *Borsius Nothus* appellatus uxo-
 rem nunquam ducere voluit, ut Princi-
 patum Herculi Fratri suo debitum, quem
 usur-

*Brutus lib 5.
 Hist. Flor.*